In Portu Romano (hodie Porto) ad Ostia Tiberis (XIV 85). — 1) *Titulus scriptus a. 46 post d. 25 Ian.* — 2) *Pleraque monumenta Claudium etiam a. 47 produnt imperatorem XI.* — 3) *De portu facto a Claudio prope ostia Tiberis cf. C. XIV p. 5. 6.*

---

208 Ti. Claudius Drusi f. | Caesar Aug. Germa|nicus pontifex maxu|mus, tribunicia potesta|te VI, cos. IV[1], imp. XI, p. p., | censor[2], viam Claudiam | Augustam, quam Drusus | pater Alpibus bello pate|factis[3] derex[e]rat[4], munit ab | Altino[5] usque ad flumen | Danuvium, m. p. CCC⊥[6].

Prope Feltriam (Feltre) rep.: vidit Mommsen (V 8002). Similis lapis, sed in fine minus integer, rep. est prope Bozen (V 8003). — 1) *A. 47 (ante Ian. 25, propter tribuniciam potestatem sextam). In lapide Bozensi est* cos. desig. IIII, *abestque* censor, *ut sit anni 46.* — 2) *Censuram gessit Claudius a. 47, lustrum condidit a. 48 (Tac. a. 11, 13. 25), appellatur tamen etiam postea censor in titulis, more solito (Mo. Staatsr. II 338 not. 3). De die, quo coeperit censura eius, vide N. 209 not. 2.* — 3) *Significatur victoria de Raetis, anno ante Chr. 15.* — 4) derexserat *lapis Bozensis.* — 5) *Pro* ab Altino *in lapide Bozensi est* a flumine Pado. — 6) *De hac via millium passuum 350 tacent auctores, ita ut trames eius incertus sit; Mo. putat perrexisse eam a Feltria per Val Sugano ad Athesis Isacique confluentes indeque per vallem Athesis superiorem ad lacum Brigantinum et caput Danuvii.*

---

209 Ti. Claudius | Drusi f. Caesar | Aug. Germanicus | pontif. max., tr. pot. | VII[1], cos. IIII, imp. XI, p. p., | censor designat.[2], | viam Claudiam novam | a Forulis ad conflu|entis Atternum *(sic)* et | Tirinum per passuum | XXXXVIICLXXXXII | sternendam curavit.

Prope vicum agri Sabini Civitatomassa, ubi fuerunt Foruli, rep. (IX 5959). — 1) *25 Ian. 47/48.* — 2) *Apparet, d. 25 Ian. 47 Claudium nondum fuisse censorem. In titulo tamen, qui praecedit, notabili dissensu etiam ante illum diem Claudius (censor sine dubio designatus) appellatur censor. De censore designato cf. Mo. Staatsr. I p. 560 not. 1.*

---

210 pro salute | Ti. Claudi Caesaris Aug. Germanici pont. max., trib. pot. VII[1], cos. IIII, | imp. XV, p. p., censoris ![2] liberorumque ! ! ! ! ![2] ex voto suscepto C. Iulius Sex. f. Cor. Postumus[3], praef. Aegypti[4] | Ti. Claudi Caesaris Aug. Germanici, ex auri p. XVI.

Romae (VI 918). — 1) *25 Ian. 47/48.* — 2) *Apparet erasa esse vocabula* et Valeriae Messalinae Aug. *et postea* eorum. *Nomen Messalinae publicis privatisque monumentis deletum esse iussu senatus, tradit Tacitus ann. 11, 38.* — 3) *Postumus praefectus Aegypti memoratur etiam C. I. Gr. 4957 v. 27.* — 4) *In lapide est* AEG⊢PTI *littera nova Claudiana, quam Claudius una cum duabus aliis anno 47 alphabeto addidit (Tac. a. 11, 14. Suet. Cl. 41; cf. Buecheler de Ti. Claudio Caesare grammatico p. 5 seq.). Hanc litteram* ⊢, *quae mediis inter* I *et* V *vocibus inserviret, ex antiquis memorat solus Velius Longus p. 75 ed. Keil. (cf. Buecheler l. c. p. 18); in inscriptionibus non reperitur adhibita nisi loco Graecae* Y.

---

211 [*Ti. Claudius Caes. Aug.*, | *L. Vitellius P. f.* | *ex*] s. c. | [*ce*]n-sores[1] | [*l*]oca a pilis et colum[*nis*], | quae a pri-atis[2] | possidebantur, causa | cognita ex forma in | publicum restituerunt.

archive.org